



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 171. Postulata Felicis Papatum abdicantis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C. 1448.

§. CLXXI.

Postulata Felicis Papatum abdicantis.

Quæ Felix sibi concedi postulaverat, cuncta ad sequentes revocabantur articulos. I. Cardinalis, Episcopus, Legatus, ac Vicarius perpetuus in omnibus Ducis Sabaudiaë ditionibus renunciatur. II. In Ecclesia Romana secundum a summo Pontifice teneat locum. III. Quoties Papam conveniret, hic e folio suo eidem assurgat, nec in ejusmodi concursu alia obsequii ac submissionis signa præter osculum oris ab eo exigat. IV. Ipsi habitum, & insignia Papalia (demptis annulo Piscatoris, Cruce in calceamentis, & delatione sanctissimæ Eucharistiæ) deferre liceat. V. Quoties extra terminos suæ ditionis egrederetur, insignibus, jure ac potestate Legati gaudeat: Denique in Curia Romana, vel Generali Concilio comparere minime teneatur. Hæc omnia, excepto solo articulo de convocazione Concilii Generalis, executioni mandata sunt. Felix summi Pontificatus insignia positurus (quod tamen non nisi anno sequenti perfecit,) Synodum ad urbem Lausanam convocavit, ceu potius Basileensem profecutus est.

§. CLXXII.